

DE
SACRIS ORDINIBVS.

Et quibusdam alijs in utroq; foro scitu dignis,

Breuis Tractatus

IVLII CAESARIS MADI SALENSIS,

In Ticinensi Notariorum Collegio Consulis, è XL.

Consiliariorum numero, atq; in Episcopali
Curia Cancellarij.

Ad Illustrissimum, & Amplissimum Sanctæ Ticinensis
Ecclesiæ Pontificem

IO. BARTISTAMBILIVM

MAECENATEM SVVM.



TICINI MDCLXXV
APVD PETRVM BARTOLVM.



^{MO}
ILLVSTRISS. ET REVER.
D. D. IO. BAPTISTAE BILIO

Episcopo Papiensi, & Comiti &c.

IULIVS CAESAR MADIVS. S. O. P.



DE Sacris Ordinibus frequentem ubique fieri commemorationem, qui ignoret, arbitror esse neminem: at nusquam curiosius de ijs inquiri, quam ibi, vbi multorum de rebus sacris agitur negotium, non est, qui neget. Vtpotè in curia Episcopali quapiam expertus loquor, qui in Ticinensis Ecclesiae foro ab actis amanuensem operam nauo. Quocirca factum est, vt nonnullorum hortatu, quibuscum plerunq; de Ordinibus sermonem conferre soleo, nō inuitus ad aliquid de hoc argumento scribendum adducerer. Quod quidem munus eò minùs grauatè suscepi, quòd cùm personæ, quam sustineo, non indecorum: tum benigno lectori non inutile videretur futurum. Siquidem vt sine ordine nihil in vniuersa rerum omnium natura consistere, aut constitui potest: ita sane in sacris functionibus, ab infimis ministerijs, seruata quasi graduum dispositione, paulatim munitur aditus ad altiora: quod si quis secus, non ordinatè, sed per abrupta quærit ascensum, is præcipitium sibi struit non ascensum.

S V M M A R I V M.

- | | |
|--|---|
| <p>Tonsura initiandus debet
 prius cōfirmari. nu. 1. 13.</p> <p>2 Tonsurandi qualitas.</p> <p>3 Confirmatio quid sit.</p> <p>4 Confirmationis effectus qui.</p> <p>5 Confirmationis forma, minister, et materia que.</p> <p>6 Patrinus necessarius in confirmatione.</p> <p>7 Patrinus in baptismo, an in cōfirmatione possit adhiberi.</p> | <p>8 Confirmandi etas.</p> <p>9 Cōfirmādi cur cedatur i facie</p> <p>10 Confirmationis Sacramētum locus conferendi aptus q sit.</p> <p>11 Confirmationis Sacramētū reiterari non posse.</p> <p>12 Confirmationis Sacramētū quomodo differat à Baptis. Episcopus conferens Tonsuram non confirmato an incurrat aliquā censurā, nu. 13. 14.</p> |
|--|---|

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Cap. Primo.

- A**ntequā pueri prima Clericali Tōsura initientur, suscipere debent sacramentum confirmationis, † fidei rudimenta edoceri, & scire legere ac scribere, & de quibus probabilis coniectura
- 2 non sit, eos non secularis iudicij † fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse, sic statuit Sacros. Trid. Concil. cap. 4. sess. 23. de reform.
- 3 Prius igitur sciendum, quid sit confirmatio † est consignatio facta cum chrismate in fronte baptizati ab Episcopo sub debita forma; forma aut verborum est signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, sic docet Marchus Ant. Cucchus olim meritifs. Vic. Gener. Curia Episcopalis huius fori Instituta Canonica de Sacramento Confirmationis lib. 5. tit. 3. Thesaur. fori ecclesiastici de potestate Episcopi cap. 4. n. 8. Piasecius sua praxi Episcopali de